DVO

TRACTATVS

ALTER

DE DECIMIS

TAM SPIRITVALIBVS QVAM PAPALIBVS.

ALTER

DE OPTIONE CANONICA.

Iam ſub ſæculari ALEXANDRI nomine editi;

ET IN HAC TERTIA IMPRESSIONE AB AVCTORE IPSO recogniti, atque integris etiam Quæſtionibus locupletati.

AVCTORE

IO. PETRO MONETA MEDIOLANENSI
Presbytero Congr. Cler. Regul. S. PAVLI.

Cum Summariis, ac duplici Indice, altero Capitum, & Quæſtionum, altero rerum ſingularium copioſiſſimo.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

ROMAE Sumptibus Io. Angeli Ruffinelli. MDCXVIII.

Ex Typographia Andreæ Phæi. SVPERIORVM PERMISSV.

ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. D.

D. IO. BAPTISTAE COCCINO

SACRAE ROTAE ROMANAE DECANO,

ET APOSTOLICAE POENITENTIARIAE REGENTI.

IO. ANGELVS RVFFINELLVS FELICITATEM.

QVI ſui, aliorumue ingenii monimenta volunt nūcupare, illud potiſſimum ſpectare conſueuerunt, vt egregium aliquem virum ſeligant; cuius vel ab inſcripto nomine ſcriptis, quæ edunt, præſidii plurimum, ac ſplendoris accedat; vel magna ſit ad eam facultatem propenſio, in qua illa ipſa monimenta verſantur; vel gratam deniq; beneficiorum memoriam non vulgari teſtentur officio. Quoniam verò hæc, quæ, ſingula ceteris propoſita eſſe ſolēt, in cauſam noſtram admirabili quadam conſenſione conueniunt vniuerſa: dum illud cogitarem, cuinam potiùs hoſce duos eruditiſſimi viri IOANNIS PETRI MONETAE, *alterum de Decimis, alterum de Optione canonica, Tractatus dicarem, quos, antequam Aduocati Conſiſtorialis munus ſibi delatum, quæq; inde maiora iure poterat expectare, cum Regularis vitæ inſtituto commutaret, ſemel, atq; iterum in lucem editos nunc ab Auctore ipſo recognitos, & multis partibus locupletatos, in hac alma Vrbe tertiùm imprimendos curabam; nullum pene mihi in ea cogitatione ambigendi, locum reliquerunt. Etenim Tu ſtatim occurriſti,* COCCINE *Præſul ampliſſime; qui, (vt generis in patria Tua inſignem taceam nobilitatem,) in Vrbe quoq; Roma, hoc eſt, totius orbis terrarum theatro, & capite, gemino fulges honoris gradu; quorum alterum diuturnior in præcipuis om-*

IO. PETRI MONETAE MEDIOLANENSIS CLERICI REGVL. S. PAVLI.

TRACTATVS DE DECIMIS.

BREVITER tractaturus quantum, & temporis anguſtiæ, & rei magnitudo patiuntur, ampliſſimam materiam Decimarum, omiſſis ijs, quę plus ſubtilitatis, & eruditionis habent, quàm neceſſitatis, aut vtilitatis; necnon relictis vt plurimum varijs Doctorum opinionibus, communiori, aut certè veriori ſententiæ adhærens, vtiliores quæſtiones reſolutiuè decidam. Et licèt Oblationum, & Primitiarum materia valde affinis ſit Decimali; illam tamen cõſultò prætermittam, quoniam & breuitati conſulo, & de Decimis duntaxat aliquid ſcribere iuſſus ſum. Hunc ergo tractatũ rei Decimalis perſpicuitatis cauſa in octo, ſeu nouem capita; eorumque ſingula, vbi opus fuerit, in aliquot quæſtiones diſtinguemus.

Primò enim videbimus, quo iure inuentæ ſint, & introductæ Decimæ.

Secundò, quid ſit Decima.

Tertiò, quotuplex ſit.

Quartò, quibus de rebus ſoluantur Decimæ.

Quintò, a quibus ſolui debeant Decimæ; vbi etiam de cauſis, quibus excuſantur aliqui a ſolutione.

Sextò dicemus de circumſtantijs loci, temporis, & modi ſolutionis Decimarum.

Septimò, quibus perſonis, & Eccleſijs ſoluendæ ſint.

Octauò, de modo procedendi circa exactionem Decimarum.

Nonò, & poſtremò Appendicis nomine agam breuiter de Decimis Papalibus.

IO. PETRI MONETAE MEDIOLANENSIS CLERICI REGVL. S. PAVLI.

TRACTATVS DE OPTIONE CANONICA.

DE Canonica Optione,ſeu Iure Optandi,qua fieri poterit facilitate,ac breuiate, Deo iuuante acturi, qua de re nemo,quem viderim, hucuſque tractatũ edidit; eundem planè ordinem ſequemur, quo, vbi de Decimis agitur, vſi ſumus. Hanc enim tractationẽ in octo capita, quæ deinde ſingula in plurimas,eaſq; vtiles quæſtiones, ſuperflua queque reſecãdo,diſtinguemus.

Primò ergo videbimus, Quid ſit Optio.

Secundò, Quo iure introducta ſit Optio.

Tertiò,Quibus in rebus,ac beneficijs locum habeat ius optandi.

Quartò, Quinam optare poſſint.

Quintò,de Modo optandi.

Sextò,de Tempore Optionis, ſeu quando optandum ſit.

Septimò, De præcipuis Optionis effectibus.

Octauò, & poſtremò, Quomodo tollatur Optio,ſeu ius optandi.

SVMMAE RERVM.

1 *Significationes varia huius nominis Optio,remiſſiuè.*

2 *Optare,ſumitur pro,deſiderare. Item pro, eligere; num. 3. & 8. Et hoc vtroque modo ſumptũ deducitur*

REGESTVM.

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb.

Omnes ſunt duerniones, præter †, & Bbb, qui ſunt terniones.

ROMAE.

Sumptibus Io. Angeli Ruffinelli.

Ex Typographia Andreæ Phæi. M. DC. XVIII.